

.lxviii. NATALE OMNIUM APOSTOLORUM .

Benedictus deus et pater domini nostri iesu christi cui quidem  
soli ab hominibus reddenda est benedictio . pro eo quod  
adae peccatum aufert ab eis et quia ab omnibus quoque crea –  
/141r/ turis benedicitur id est per oboedientiam eorum quia omnis creatura  
non solum uoce sed etiam opere laudat dominum omnipotentem . qui secundum  
magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uiuam qui  
primum hominem fecit ad imaginem et similitudinem suam .  
et lapsum regenerauit de originali peccati ad uitam eternam ;  
id est ad regna caelorum per baptismum . sicut scriptum est .  
Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto . non potest in  
trare in regnum caelorum . [.ii.] Et iterum . Qui manducat corpus  
meum et bibit meum sanguinem . in me manet et ego in illo .  
Quia spiritus sanctus domini in uobis permanet . qui in uirtute dei custodimi  
ni . quia postquam renati fuerint homines ex his . eorum  
merita custodiuntur in caelis . Si ipsi tamen in terra fidem  
rectam custodiunt . uirtus dei auxilium domini significat .  
cooperans cum libertate arbitrii quę data est . homini in  
salutem preparatum in tempore nouissimo . quia post pec  
cata remissio datur poenitentibus . ut in die iudicii non  
puniantur propter delicta sua . sed gaudentes gloriam domini  
intrent cum choris angelorum . in laudem et gloriam et hono  
rem in reuelatione iesu christi . ut laudetur in bonitatem  
actionis suę sanctissime . Laudantur enim iusti in regno  
patris eorum . et glorificantur ore angelorum dei . perseueran  
tia enim regni et uultus dei est presens honor sanctorum . qui laudem  
et gloriam et honorem habebunt gaudentes in regno eius .  
quia creator laetitia inenarrabilis est eorum . non potest enim  
enarrare lingua humana magnalia dei . quę sunt prepara

ta in regno eius . Vbi omnes sancti portabunt premia bonorum  
operum quę fecerunt in lege dei . et postea in iesu christo  
semper glorificabunt . qui est salus animarum credentium  
/141v/ in se . hic et in aeterna secula seculorum amen .